



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Iudicium Philippi Melanthonis De Controversia Coenae  
Domini**

**Melanchthon, Philipp**

**Ratisponae, 1560**

**VD16 M 3533**

Annotatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29449**

steriu, & id quodāmodo pingit. OMNIS. N. PRAEDICATOR SEV VERBI MINISTER, EST VIRRIXARU& iudicij, ac cogitur ex officio reprehendere, quicquid vitiosum est, nō habita ratione vel personæ, vel officij in auditorib. Hoc cum Ieremias sedulo facit, nō solum odium, sed etiam pericula grauissima sustinet. Mouetur igitur ipse quoq; ad impatientiam, vt optet se nunq; esse natum.

#### ANNOTATIO.

**H**IS pulchre congruit iudicium Philippi scz, iubentis rixantes pro cōleruatione veritatis pios Doctores, aut mutos esse canes, aut exules à suis Ecclesijs.

Ac sentiunt quidem homines carnales, politici & hypocritæ, delicati nostri sancti et martyres, ut vulgo loquimur, eum esse optimum statum, Euangelium habere, & saluos fieri, vt nemo rixetur, nemo iudicet, nemo arguat. Sed ea est ipsiss. poena, quam hoc loco minatur Dominus, quando definit arguere, & Philippus hīc vehementer suadet, iubet ac docet accersere. Nos autem meminerimus regulam, ex hoc loco Genesij, q; qui ministerium verbi Dei volunt habere sine iudicio, sine rixis, sine contentione, aut nullum prorsus habebunt, aut insyncerum, aut infructuosum.

#### LUTHERVS VLTIMA CONFESSIO- ne sua contra Sacramentarios.

**M**arpurgi in Colloquio cedebant tantum, et largiebantur, nō mera esse symbola panis & vini in Cœna, quod summa contentione ad id vsq; tempus contenderant, sed corpus & sanguinem Christi etiam ipsum adesse, SPIRITALITER VCZ, NON ITEM CORPORALITER. Ac ne hoc quidem eos subleuabat quicq;